

do dico, bellum per omnem vitam duraturum indicere?

### CAPUT XIII.

PROPTER CHRISTUM ET ÆTERNAM salutem, ad quam creati & redempti sumus, debere quemlibet Christianum sibi ipsi & mundo ultro mori.

*2. Corinth. 8. Scitis gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives: ut illius inopia vos divites essetis.*

**P**ropter Christum tuum, tibi ipsi, tuis peccatis & mundo moriendū, faciendum bonum, vitaque sancta & innocens ducenda est; non sanè ut quicquam promerearis (id quod Christus fecit) sed ex sincerissimo erga ipsū amore, & quia mortē pro te oppetere non dubitavit. Neque enim lingua, aut verbis, ne erres, amandus tibi ille est, sed opere & in veritate, observādoque mandata illius; quemadmodum ab ipso met edoctus es Joh. 14. *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus & mansio-*

*Christus amare est in illo vivere.*

*Christus amor vincit mundū & mortem.*